



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

51. An laici Magistratus possint compellere Clericos ad reparationem  
Ecclesiarum? Ex p. 3. tr .1. res. 8.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

stiera à que se guardara el decreto del Concilio, que manda, que en las fiestas principales se predique y declare el sancto Euangilio en las Yglesias, y assi se predico. ] Ita Bobadilla, & post illum, quod valde miror, Rodriguez in summ. tom. 2. c. 66. num. 40.

Alibi in Re-  
fol. que hic  
est sup. 31.

Sed hæc opinio mihi non placet, & illam alibi reprobavi: nam si Reges sunt executores Concilij, id intelligendum est quod laicos subditos, non autem quoad Ecclesiasticos, in quos nullam habent, nec exercere possunt iurisdictionem. Si igitur in aliquo casu Concilium in eorum Regnis non obserueretur à laicis, compellant obseruari: si autem ab Ecclesiasticis non obserueretur, vt Reges Catholici & zelantes certiores de hoc Episcopos, Archiepiscopos, Nuntios, & si opus erit scribant ad Summum Pontificem ad hos enim spectat compellere Ecclesiasticos, vt decreta Concilij obseruerent, & non ad Reges, de quorum iurisdictione Ecclesiastici exempti sunt; & ideo hanc sententiam tenet Melchior Lotherius de re benef. tom. 1. lib. 1. quest. 11. num. 81. aduersus Ceuallos, qui afferebat reges vt executores Concilij Tridentini posse compellere Clericos ad reparationem Ecclesiistarum.

Supra hoc  
magis late  
in Ref. seq.

#### R E S O L . L I .

*An laici Magistratus possint compellere Clericos ad reparationem Ecclesiistarum? Ex part. 3. tract. 1. Resolut. 8.*

Sup. hoc cu-  
eod. Ceual-  
los, & Lo-  
ther. hic ci-  
taris, cursim  
in fine pre-  
cedentis Re-  
fol.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Ceuallos tra-  
ct. de cognit. per viam violentie part. 2.  
quest. 99. num. 12. Bobadilla in polis. tom. 1. lib. 2. cap. 18.  
num. 135. vide etiam Pereira de manu Regia cap. 18.  
num. 5. Degrassalum lib. 2. Regalium Francia, iure 6.  
& alios penes ipsos.

2. Sed negatiuam sententiam omnino tenendam esse puto: quam nouissime docet doctus Lotherius tom. 1. de benef. lib. 1. quest. 11. num. 81. nam concedo, quod Ecclesiastici tenentur ad reparationem Ecclesiistarum, sed nego ad id posse illos compellere iudices laicos, nam in tali cau si hoc efficerent, alienam exerceant iurisdictionem. Et ita hanc sententiam docet etiam Marta de iuris. part. 2. cap. 48. num. 15. Ratiō verid, quam adducit Ceuallos, est ( vt optimè notat Lotherius ) nimis frigida, nempe Reges esse executores & protectores Concilij Tridentini, nam ex hoc non sequitur posse exercere iurisdictionem in Ecclesiasticos exemptos.

#### R E S O L . L I I .

*An Iudeu laicus possit ejercere à Regno Clericum sedi-  
tiofum, & perturbantem Rempublicam? Ex part. 4.  
tract. 1. Ref. 81.*

Sup. hoc su-  
pra in Ref.  
24. & in Re-  
fol. 25. §. Ve-  
ra in Refol.  
26. §. 7. &  
seqq. & in  
tom. 7. tr. 6.  
Ref. 14.

§. 1. **A**ffirmatiuē respondet Doctores quos citat & sequitur Callist. Ramirez tract. de lege Regia. §. 27. num. 15. in glossa litera G. quibus adde Franciscum Pradillam in summa de todas las leyes, part. 2. cap. 8. num. 4. & Bobadillam in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 112. vbi sic ait. [ Si algun Clerigo fuese sedicio-  
so, y reboloso, que turbasse la paz de la Repu-  
blica, podríale el corregidor mandarle salir de la Ju-  
risdicion por algun tiempo, aunque fuese Clerigo  
de Missa, y condenale en las temporalidades.] Ita il-  
le, & post illum Marius Giurba consil. crim. 48. n. 16.  
& Anton. de Ballis in tract. var. lib. 5. pragm. 1. tit. 10.  
num. 44. Vnde Fulchus de visitatione lib. 2. c. 20. n. 25.

refer quod Dux de Alcala Regni Neapolitanus Pro-  
rex, quemdam Equitem Sancti Iohannis Hierosolymitani, qui continuo erat seditus, & turbabat ciuitatem, constituto de excessibus continuis, man-  
davit eum à territorio Regio, sub praetextu quod Rex possit, vt quem velit, maneat in domo sua. Et ideo Rodriguez in additionibus ad Bullam Cruc. §. 9. n. 84. sic ait. [ Quando un Clerigo ordenado de orde-  
nes sagros turba la Republica y paz que ha de tener, en este caso el Rey y su supremo Consejo à enya cuenta esta la conseruacion della paz puede caligar al dicho Clerigo echandolo fuera del Reyno.] Ita ille. Sed aduersus hanc sententiam merito insurgit Megalius in 3. part. lib. 3. c. 11. num. 34. iuncto num. 14. quia Clerici, & Ecclesiastici omnes de iure diuino habent ut libere possint in qualibet mundi parte ha-  
bitare & Ecclesiastica officia exercere; dixit enim illis Dominus in personam Apostolorum Marc. 16. Euntes in mundum uniuersum predicate Evangelium omni creatura; & vsus Ecclesia habet, vt Ecclesiastici omnes, qui votu Religionis non sunt adstrati, cum sola licentia, & literis commendatiis suorum Ordinatorium libere ubique incedant & in-  
habitent, & ad diuina celebranda, & Sacramenta ministranda admittantur, iuxta dictatum sacri Con-  
cil. Trident. sess. 23. capit. 16. de reform. ergo sicut non potest maritus tanquam paterfamilias expellere è domo vxorem inobedientem, & perniciem, ex eo quod ex matrimoniali vinculo habet illius coha-  
bitandi vna cum marito, ita nec potest Rex tam-  
quam paterfamilias expellere è dominio suo Ec-  
clesiasticos inobedientes & perniciosos, cum de  
re iure diuino habeant ut libere possint vbi libet habi-  
tare.

2. Et præterea in clausula Bullæ Cœnæ excom-  
municantur quomodolibet mulctantes personas Ec-  
clesiasticas, necnon executores & subexecutores  
huius banni; ergo ex quacumque causa hoc facient  
excommunicatione hac ligantur. Recurrentum est  
igitur ad Regibus & Ministris eorum ad proprios iudi-  
cipes Ecclesiasticorum eueniens causa, & ab illis, qui  
in eo iurisdictionem exercere possunt, sunt Ecclesiastici in exilium efficiendi, non quidem simpliciter,  
sed causa cognita, quia alias iniustitiam committe-  
rent condemnando poena exilij reum non auditum, &  
circa hoc vide optimam decisionem Friderici Imperator, in tit. 1. §. si Clericus de pace tenenda, in oīb.  
feud. vbi determinat coram suo Episcopo conuenien-  
dum & adducendum esse Clericum pacis violato-  
rem, & ab eodem puniendum. Imò non excusat  
ab hac censura Prælatos illos, qui ad instantiam,  
& requisitionem Principum secularium ore tenus,  
& causa non cognita præcipient aliquem Ecclesiastico  
aut illum cogent, vt è finibus suæ diæcessis disce-  
deret, quia talis est Principis voluntas & nœta, nam  
cum huicmodi præceptum, seu preces fiant ad  
instantiam Principis secularis, sunt quodammodo  
executores, maximè quia tune hoc non faciunt  
tanquam Episcopi, sed vt priuati, vnde & ipsi ex-  
communicationem incurrent, vt tenet expressè  
Marta de iuris. part. 4. centur. 2. eas. 140. num. 8. & hæc  
omnia docet Megalius loco citato. Sed circa præ-  
sentem questionem ne omittas videre sunt me ipsum Qæ sic sit  
in 1. part. tract. 2. refol. 17. & 3. part. tract. 1. refol. 27. Ref. 24. & 26.  
& in aliis ca-  
runculae in primis  
rum notatio-  
ne  
vbi afferit Ecclesiasticos turbatores pacis expelli pos-  
sc à Regnis; nam in his casibus recurrentum est ad  
coram Superioribus Ecclesiasticos, vt ego satis firmavi  
in locis citatis.

#### R E S O L .